



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Infirmi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

Plæraque alia, hanc Indulgentiarum materiā concerhentia, Vide ab art. 3. usque ad finem quæst.

INFIRMI.

Receptissima est sententia, quod omnia quæ iubet concessio Indulgentiæ fieri, debent impleri ut possit lucrari; ita ut etiam si infirmitate, aut legitimo alio impedimento aliquis sit detentus, sic ut ea non possit implere, Indulgentiam non lucretur, nisi sua Sanctitas cum infirmis, & legitimè impeditis dispensare Apostolica authoritate dignetur, quia Indulgentia est stricti iuris, nec valet ultra quam sonat. tom. 2. q. 102. art. 1.

Eugenius IV. concessit Fratribus Minoribus de Observantia, quod si casus occurreret, quo non possent confiteri, etiam tunc consequantur Indulgentiam plenariam, à se & pluribus aliis Pontificibus, pro articulo mortis eis concessam, modò sint in statu gratiæ. *ibid.*

Benedictini infirmi, aut occupati lucrantur easdem Indulgentias quas alij assistentes diuinis officiis, etiam

etiam in festo corporis Christi , ex
Eugenio I V . *ibid.*

Item senes & infirmi Ordinis
Sancti Hieronymi facientes aliquod
pium & æquivalens opus , lucran-
tur omnes Indulgencias , ac si visi-
tassent Altaria , aut Ecclesias , vel
aliud opus requisitum ad lucran-
dam Indulgenciam impleissent. *ibid.*

Fratres laici experti in medici-
na , ex doctrina , aut exercitio ante
vel post ingressum , de licentia suo-
rum Superiorū possunt mederi in-
firmis secundūm infirmitatis exi-
gentiam , si ex deuotione , aut chari-
tate inuocentur. *art. 2. Eugen. I V. &*
Nicolo V.

Ideem possunt omnes Religiosi
Societatis , absque metu irregulari-
tatis erga omnes etiam sacerdotes ,
quando commodè Medici sacerdotes
haberi non possent , citra tamen
aduersionem & incisionem per ipsos
faciendam. *Ex concessione ipsis facta*
per Gregorium XIII. ibidem.

IMPRIMERE.

Olim poterant Fratres per Cle-
ment. V I I . imprimi facere
libros